dns tunc exprobret eis quia se deserto simulacra ueneratí sunt. Sed haec
uiolenta & praua interpretatio est. ne calumniam faciat tractator indoctus.
Tu ergo accinge lumbos tuos & surge & loq(ue)re ad eos omnia quae ego prae
cipio tibi; & iob praecipitur ut accingat lumbos suos; Et apostolis ut accinctis
lumbis quos helias & iohannes baptista zonis mortificauere pellicíis lucer
nas teneant in manibus suis praedicationis uidelic& euangelicae; Quicum
q(ue) igitur locuturus est sermones di deb& accingere lumbos suos sciens
quod diaboli omnis uirtus in lumbis sit; & iustus dicat in psalmis; lumbi
mei impleti sunt inlusionibus; Cumq(ue) accinxerit lumbos audiat illud
quod scriptum est; surge qui dormis. eleuare & inluminabit te xps;
ut semper uigilans & de somno consurgens loquatur quae sibi praeceperit
ds; Ne timeas a facie eoru(m). nec enim timere te faciam uultum eorum. siue
ut septuaginta & ceteri habent interpretes. ne forte timere te faciam; & est
sensus iuxta translationem nostram; noli timere a facie eorum. me enim
adiutore eos timere non poteris; iuxta lxx noli timere a facie eorum; habe
to meae confidentiam iussionis. si enim non obtuleris quod habes. ut timere desinas.
derelinquam te & tradam timori. & quodammodo uidebor timere te facere
dum relinquo formidini; hoc autem significat quod semper amara sit
ueritas. nec timenda hominum multitudo. qui increpati correptionem
non sustinent sed insidias tendunt ei a quo corripiuntur; Quodq(ue) iuxta
septuaginta sequitur. quia tecum sum ut liberem te dicit dns: In hebra
ico non hab&ur. & est sensus eruam te non ineo ut tibi nullus insidietur sed
ineo ut patiens insidias non de linquas; Ego quippe dedi te hodie siue
ecce posui te in hac die in ciuitatem munitam. in columnam ferream & in murũ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0019